

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Icones sive imagines virorum literis illustrium**

**Reusner, Nikolaus**

**Argentorati, 1587**

Helius Eobanus

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

•HELIUS EOBANVS HES-  
sus Poëta.



Rex ego sum natum: vatum Sol, Phœbus, Apollo:  
Iesse& fidicen maximus ille lyrae.

M. D. XL.

IN HELIVM EOBANVM  
Heßum Poëtam.

EPIGRAMMATA.  
EVRICHI CORDI.

Quisquis es, Hesiaci qui tot monumenta Poëta  
Sub serâ quondam posteritate leges:  
Non dubium est, aliquot merceris millibus, istum,  
Talia qui scripsit, posse videre virum:  
Scireq; qui vultus illi, moresq; fuerunt:  
Et quo tam doctos protulit ille modos.  
Ecce videt præsens, auditq; nec affimat etas,  
Quant a sub afflato numina corde latent.  
Nullus honor sacro, nulla est reuerentia vati:  
Quisque faber precium cerdoq; maius habet.

EIVSDEM.

Noluit à quo quis Magnus pictore, sed illo  
Pingi, qui tali primus in arte fuit.  
Sic summum summus vatem Durere magister  
Exprimis: at breuis hoc horula pendet opus.  
Interea nullum, cui cedunt omnia, tempus  
Eximet, ingenio quod facit ille suo.

EIVSDEM.

Vidit ut horrentem barbâ sacra Pieris Hessum:  
Plus, ait, hoc Getici cultor es ore Dei.  
Metameu hirtanibil vultus truculentia terret:  
Quæ sequor ingenium, respicioq; tuum.

EIVSDEM.

*Qui semel Hesiaci perspexeris ora Poëta:  
Non cuius queres hæc sit imago viri.*

IA COBI MICYLLI.

*Hesi Poëta si quis effigiem cupis  
Veræq; vitæ cernere aliquam imaginem:  
Saltem illius licet legas epistolas,  
Quietis & secretiorum interpretes.  
Nam nullius ita faciem Apelles pinxerit,  
Aut ora speculum obuerfa sic retrò refert:  
Ut certa mentis est imago oratio.*

ANONYMI.

*Qui fuerit vati vultus, dum viueret, Hessus:  
Expressit tabulis ingeniosa manus.  
Magnum opus ingenij magno celebratur in orbe:  
Quo melius mentem pingere nemo potest.*

IOANNIS STIGELLI.

*Hæc est Hesiaci grauitas non improba vatis:  
Vt raque quem notum regia Solis habet.  
Quem stupet Elysij cantantem Naso subvndis:  
Cui dolet Andinum numen inesse Maro:  
Itala quod debet tan multis terra Poëta;  
Hoc debes Hessus Teutona terra tuo.*

Libri pictura ingenij.

IOAN. LAVTERBACHII.

Putura mentis è libellis noscitur.

Rex inter yates Germanos Hessus, honestum  
Cui magno Phœbus nomen honore dedit:  
Simmichiden voluit Latio sermone Poëtam  
Qui cum Germanis, Mæonidesq; loqui.  
Corporis & vultus docet hac in imagine formam:  
Artificis pinxit quem tibi docta manus.  
Mentis & ingenij gaudes cognoscere formam?  
Ars dare pictoris quam tibi nulla potest:  
Pastores, siluae, Psaltes, Heroïdes, arma,  
Hessus quæ Nicro victor ab amne tulit:  
Icones, elegi, præcepta salubria, threni,  
Simmichides, Salomon, Mæonidesq; dabunt.  
Ingenij melior non est pictura libellis:  
Ingenij è libris forma cuique patet.

In eiusdem tumulum.

IACOBI MICYLLI.

Quid stas, Viator? aut quid hic circumspicis?  
Tumulūmne vatis Hessici?  
Cui nostra similem etas virum nullum tulit,  
Nec fors futura vnquam feret.  
Tumulum quidem vides, ubi ossa condita,  
Cinerisq; reliquia iacent:

Sed mens supremum propter aſſidet Patrem,  
Cui ſol hic operatus fuit:  
Vbi intuetur, quantum vbi que gentium eſt,  
Famæ receptaculum ſue.

IOAN. STIGELII.

Helius eſt viuis Eobanus ut exiit Hessus.  
Pierius ſiccis aruit amnis aquis:  
Flumina fuderunt oculis manantia Muſæ:  
Fleuit & abieclâ moſtuſ Apollo lyra.  
At Deus hunc rapuit terris, cœloq; locauit,  
Cantet ut in Christi carmina blanda ſinu.  
Donec erunt Muſæ, dum voluet fidera cœlum:  
Carmine victuro nobilis Hessus erit.

GEORG II FABRICII.

Hoc Eobane iaces tumulo: doctrina per orbem eſt  
Nobilis, o ſacri fulgida gemma chori.  
Multæ tibi debent artes, & plurima lingua:  
Et tibi de Libani vertice palma venit.  
Iſaide iunctus, plectro modularis eburno:  
Quæq; carent, reicis carmina, laude Dei.

ADAMI SIBERI.

Cuius et unde venit mihi vox tam dulcis ad aures:  
An docta ad tumulum Calliopea canit?  
Helius hic vates Eobanus conditur Hessus:  
Non minor ingenio, Naso Poëta, tuo.  
Delius hunc luxit: tristes luxere ſorores:  
Ardua Pimplæ quæ iuga fontis amant.

F

Ipse Medusai quem præpetis vngula fecit,  
Destituit liquidas aridus amnis aquas.  
Abstulit hinc ictum Christus, cæloq; recepit;  
Iessusq; pium vatibus inseruit:  
Sorte sua felix ubi, quem dum vita maneret  
Cantabat, fruatur nunc propiore Deo:  
Sub pedibusq; suam cernit, sua carmina, samam,  
Tempore non rullo deperitura, legi.  
Nam venit ingenio que laus, est sola perennis:  
Carmine quæsumus stat sine morte decus.  
Calliopea refert h.ec. o carissime salutem,  
Gemmaq; vale digne cinis loculo.

IOACHIMI CAMERARI.  
Hic situs est Hessus, patria tellure receptus:  
Quod rediit Domino se reuocante soli.  
Dum circum hoc illucq; vagus fert seq; domumq;:  
Querit & Aonio præmia digna choro:  
Non nihil ille quidem reperit: Sed præmia Musis  
Huius nulla satis digna fuere viri.  
Nec potuere dari, neq; secula nostra tulerunt  
Tantum, et as Hessum nosset ut ista, boni.  
Gloria sera venit meritis, post fatigata superstes:  
Inq; dies melior fama sepulta reddit.  
Et tamen ipse sua cognovit nomina laudis,  
Audijt & tempus se celebrare suum:  
Cepit & ingenij de fructu commoda viuus:  
Virtutisq; sua crescere vidit opus.

Sed maiora ferunt insignia felicet anni:  
Vinentis cedens quos abit ante decus;  
Illi etiam eximia fama præconia mundus  
Hesso, donec erit, splendidior aferent.  
Hoc satis est. Hesi busto sepelitur in isto  
Corpus: in æthere à spiritu arce manet:  
Per terras bona fama volat, speciosaque laudis  
Nomina, Pieria testificata manu.

IOAN. SCHOSSEI.

Desine vocales iactare Cayster olores:  
Desine, Mantoa qui fluis amnis humo:  
Desine qui Phrygijs erras Maeander in oris:  
Debilis in vestro flumine cantat olor.  
Argutum tenuere magis Pegnesus, & vnde,  
Quas Lanus Hassiaci torquet in arua soli.  
Nec non Tyrigetum nymphis adamatus Hieras:  
Nobile Gymnasium cuius ad antra iacet.  
Non rna contentus aqua resonabilis ales,  
In vario dulces edidit amne sonos.  
Dum Danaum Latia memorauit prælia voce,  
Prælia Dardario perniciofa duci.  
Dum caput attollens ad lucida sidera coeli  
Diuinum sacro prodidit ore melos.  
Nunc etiam superum cœlesti sede receptus,  
Cantat Iessa consona verba lyrae:  
Inter & aligeros cœtus diuina canentes  
Obtinet inflexi gutturis arte locum. F ii